



cón-do-lens vene-rabátur. Cant. Magní-ficat. euóuæ.

Oratio.

DEUS, qui, unigéniti Fílli tui passióne, et per quinque Vúlnera ejus sanguinis effusióne, humánam natúram peccáto pérditam reparásti : tríbue nobis, quæsumus, ut qui ab eo suscépta Vúlnera venerámur in terris & ejúsdem pretiosíssimi sanguinis fructum cónsequi mereámur in cælis : Per eúmdem.

AD II. VESPERAS.

Antiphona super Psalmos, Psalmi, Capítulum, Hymnus et V. ut in j. Vesperis.

Ad Magnif.

Ant.

j. toni.

Ego sum vestra red-émpti- o : manus

me-æ, quæ vos fecérunt, cla- vis con-fixæ sunt :

propter vos flagél-lis cæ-sus sum, spinis coronátus

sum, aquam pé-ti- i pendens, et acé-tum por-rexé-

runt, in escam me- am fel dedé-runt, et in la-tus